Mus. W
71
( 4 )

# Baſsus.

K 68.

# Baſsus.

K.
68.

# MELISMATA SACRA,

# DEO TER OPT. MAX.

PUBLICOq; BONO, MUSICIS modulis, binis, ternis, quaternis & quinis, cum BASSO continuo, Organo applicato, adoptata,

*Studio*

JOHANNIS WERLINI, Oetingenſis, Schol. Lat. Lindavienſis Præcept. Claſs. & Chor. Muſic. Directoris.

## BASSUS.

*NORIBERGÆ,*

*Typis & ſumptibus* JEREMIÆ DÜMLERI.

ANNO

M. DC. XLIV.

Mus W 71 (4)

STADTBIBLIOTHEK FRANKFURT A.M.

PERQUAM ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO DOMINO,

# DN. JOACHIMO ERNESTO, COMITI OETINGENSI, &c.

*Domino meo Clementiſſimo.*

TOt, & tanta, DEI Ter Optimi Max. in nos extant beneficia: ut parem, benigniſſimo gratiam referre, nemo queat. Hinc ſancti homines, non devotâ duntaxat mente, ac verbis ſimplicibus: verùm etiam muſicè exornatis vocibus, ac organis, Divino Evergetæ, cantica modulati ſunt. Ex quâ primorum Patrum pietate, & doctrinâ, Muſicam, honeſtiores quoque gentes, acceperunt: &, quamlibèt amiſsâ veri DEI cognitione, retinuerunt.

Orpheus, circà Debóræ tempora, Deos, & in his unum (*ἄγνωστον, ſcilicet Actor. 17.*) ſupremum Deum, Citharæ ſuæ hymnis celebrare cepit. Poſteà, Homerus, Callimachus, Pindarus, alii, Muſas ſuas, Diis λεγομένοις, Cantatrices exhibuerũt.

Noſtri etiam Veteres, referente Tacito, Germani, Carminibus antiquis, Patrem ſuum Tuiſconem, tanquàm Deum celebrârunt. Quæ Chriſtiana jam pridem, piè facta conſuetudo, nec hodiè defecit, in Germaniæ Templis, Scholis, Ædibus: quæ, Divinam Majeſtatem, muſicâ lau-

de creberrimè ferunt: ac in calamitatibus, adjutricem invocant.

In his Muſicis, & ego, quamvis omnium minimu,i nomen profeſſus, Divinæ gloriæ, ac Eccleſiæ devotiosu adornatas, haſce Cantilenas, perquàm Illuſtri Tuæ Clementiæ conſecro, & commendo: partim, quia à generoſæ memoriæ Patre Tuo, Domino olim meo Clementiſſimo, ſecundùm DEUM, Patriæ, Religionis, & Scholæ beneficia habui: ac Tuæ ipſius erga me Clementiæ, quam præſtare poſſum maximam gratitudinem debeo. Partim, eò, Tuæ Generoſitati, tenue hoc Scriptum dedico, quò, quam ex ſeſe non habet lucem gratiæ, à Nominis Tui ſplendore mutuetur.

Accipe igitur, Generoſiſſime Domine Comes, ac Clementiâ Tuâ fove, tum has pagellas, tum earum Authorem. Qui, viciſſim ex animo precatur: ut Altiſſimus Tuam Generoſitatem amare pergat: Illam, atque Illius Filiolos, generoſi Stemmatis frondes florentiſſimas conſervet: ac omnigenæ felicitatis fructibus amplificet. Et tandem, Vos coronatis in *Apocalypſ. 4. & 5.* Senioribus Citharædis adjungat. *Dabat Lindaviæ, 25. Sept. Anno 1644.*

Perquàm Illuſtri Tuæ
Clementiæ

*Subjectiſſimus*

JOHANNES WERLIN.

# Ad Dn. Johannem Werlinum,
## Muſicum præſtantiſſimum.

I.

ISaides olim reſonabat dulce meliſma
Saul cùm horrendo dæmone preſſus erat,
Hinc externatus, ſenſit mox dulce levamen:
Plutonem tetricum Muſica dîa fugat.
O quàm fert ſuavem fructum Symphonia ſacra,
Jure igitur cunctis perplacet uſque Piis,
Macte ergò pietate tua, velut alter Arion
Qui vivis modulis anxia corda animas.

*Georgius Hervenſchmidt, Eccl. Orthodoxæ, quæ Oetingæ colligitur, Paſtor & Comitatus Superintendens.*

II.

*Aonidum ſplendor, radians virtutis ocelle*
*Werlin, pars animæ dimidiata meæ.*
*Attrahit ut Magnes vicini pondera ferri:*
*Sic tua me pietas attrahit atq; melos.*
*Impiger in lucem divulgas Cantica ſacra;*
*Cantica dulciſonis emodulanda tonis.*
*Cantica, quæ ceciniſſe rear Heliconis alumnos,*
*Cantica grata* DEO; *Cantica grata piis.*
*Perge bonis avibus, quò te trahit Enthæus ardor,*
*Orpheûs ſic alter; alter Arion eris.*
*Pallentes morbi fugiant, mors atra recedat:*
*Sicq; perennabunt gloria, fama, decus.*

*f.*

Jacobus Eberhardus Hermannus, Eccleſiæ Oeting. Evangel. Diacon.

## III.

EUropa hoſpitium quondam virtutis & artis
Sedes, nunc Campus Martius uſque cluet.
Sanguine civili, quo campi urbesque madeſcunt,
Decolor atq; Albis, Rhenus & Iſter eunt.
Exiguus toto locus eſt vix Orbe relictus
Muſis, & Virtus vix ubi degat, habet.
Hoc benè perpendens Phœbi devotus alumnus
Jan-Werlin rogitat voce gemente DEUM
Tranquillam ut pacem, quā non videt arduus æther
Dulcius aut melius, largiter uſque daret.
Artes in bello pacis tractaſſe, ſuäve eſt;
Suavius, hinc laudem & præmia ferre ſua
Ergò tibi acclamo! feliciter & benè factum!
Nunc Tibi pro merito digna corona venit.
Gratulor ergò Tibi hanc lucem, quâ ſiſteris inter
Tot claras Pſaltes clarus & ipſe viros.
Muſica docta tua eſt: ita perge, dabit Tibi JOVA
Præmia digna ſoli, præmia digna poli.

*Amoris ac honoris gratia f.*

JOHANNES CHRISTOPHORUS ZILGER,
Eccleſiæ Oetinganæ Subdiaconus.

## IV.

*ORphea qui vincis varii dulcedine cantus*
*Werlin, Theſpiadum corculum amorq́; Dices.*
*Detrabo nil laudum reliquis Cantoribus, omnis*
*Quot vel terra tulit, quotve deinde feret.*
*Hoc tamen adfirmo, potueruut vincere pauci*
*Te, poſthac pauci vincere te poterunt.*

deproperabat

*Hieronymus Ammon.*



## V.

CAntate pur cantate
del Verlino gl' accenti
Le note incatenate
rimirat' o viventi
Se la prim' opr' alletta
ogni Spirt' ogni core
queſta non men diletta
ciaſchun' che ſent' amore.

Tu Verlin ſegu' il ſtile
Roman' da' me moſtrato
nè temer ch' un' ſimile
di te non fia trouato
Le gratie rend à Dio
è non à mè mortale
altro giá non deſio
Se non che vivi. vale.

H, G.

## VI,

*DVlciſonum Werline melos dum fingis, ad ipſos*
*Angelicæ vocis nos rapis uſq; choros:*
*Angelicis ergò ſociabere plauſibus olim*
*Atq; tuo fundes carmina læta DEO.*

Honoris cauſa appoſuit

*Matthias Röttlin.*

## VII.

QUas Venetis Muſæ laudes tribuiſſe videntur
Has tua Lindanis cantica docta parant:
Utque caput mediis urbs utraq; protulit undis,
Sic gemino geminam Phœbus honore colit.

*Hæc deſueta quidem minerva, ſed mente officioſiſſima & paratiſſima in amicitiæ confirmationem adpoſui*

Joh. Michaël Röttlin.


D
Omine Salva- tor, rege lin- guam,
aperi, ij mihi au-rem, rege lin- guã, Domine Salvator, intret in cor meũ
ſermo veritatis, præpara latæ vi- ſi- oni, munda ij o- culum
ij ut dicam tibi: Domine Salvator præparati onem cordis mei
audivit auris tua, præparationem cordis mei, audivit auris tua,
Domine Salvator, præparationem cordis mei audivit auris tu- a,
audivit auris tua, ij




Pie Chriſte, ego ij agnoſco, ego
ij a- gnoſco peccata me- a, tu igno-
ſce, ego ij ape- rio, tu o- peri ij ij
ô! pie Chriſte, tu te- ge, ego ij de- te-
go, tu te- ge, in te nihil eſt, niſi ij unde ſal-
ver, in te nihil eſt, niſi ij unde
ſal- ver.


A
D te ij declinat mens me- a, ſpiritus & a-
nimus me- us, re- ple me
gra- tiâ tu- â, dul- ciſſime Jesu, da ut co-
gnoſcam, dulciſſime Jeſu, quæ ſit ſpes hæredita- tis me- æ,
dul- ciſſime Jeſu, ut dignè Sacramentũ hoc acci- piam,
dulciſſime Je- ſu, Al- lelu-
ja, Al- le- lu- ja,




O
Anima mea, eſto grata Deo tu- o, qui te cre-
avit cũ non dũ eſſes, eſto grata Deo tuo, qui te creavit, eſto grata Deo tu-
o, cum p peccatũ damna- ta eſſes, qui te redemit, cũ p peccatũ da-
mna- ta eſſes, qui tibi p fidẽ cœle- ſtia gau-
dia præpa- ra- vit, qui tibi per fidem cœle- ſtia
gau- dia præparavit, qui tibi per fidem cœle- ſtia
gau, dia præpara- vit,
præpara- vit.


V
Æ, væ animæ, quæ Chriſtum non quæ-
rit, neca- mat, quæ Chriſtum non quæ- rit nec
a- mat, ego ij ego ij mitiſſime Jeſu, me tibi comendo ij
allegro
per quē ſum, vi- vo & ſapio, in te ij con-
allegro
fido & ſpe- ro, in te ij confido & ſpero, per quem reſurgam,
vivam & requie- ſcam, & ſpe- ro, in te ij confido & ſpe-
allegro
ro, per quem reſurgam, vivam & requieſcam, per quem reſurgam ij
vi- vam & requieſcam, & requieſcam,




O !ignis: Dulcis Chriſte, lumen æternum, ô! ignis qui ſemper luces,
reſplende mihi, accende me, illumina & ſanctifica me, dul- cis
Chriſte, lumen æternum, accende me, illumina & ſanctifica, ſanctifica
me, illumina & ſan- ctifica me, imple de gra- tia, & plenũ conſer-
va, vas tuum de malitia eva- cua, imple de gratia, & plenum con-
ſerva, ut vi- vam per te, ad te ij perve- niam, & re- pauſem,
in te repauſem, in te repauſem.


Quid amas: quid deſideras anima mea? ij quid amas ij
ca- ro mea? quid deſideras anima mea? cur quæris bona corporis
allegro
tu- i? ama ij unum bonum, in quo ſunt omnia bo-
na, ama ij unum bonum, in quo ſunt omnia bona & ſufficit,
& ſa- tis eſt, deſidera ij ſumum bonũ, quod eſt Deus, &
allegro
ſatis eſt, & ſa- tis eſt: ama ij unum bonum, in quo ſunt
omnia bo- na, ama ij unum bonum, in quo ſunt omnia
bona & ſufficit, & ſuf- ficit.




NOs miſeri venimus ad te fontem omnis gra-
tiæ: orantes, conſcientias purgare & re-ficere
ve- lis, oran- tes, oran- tes, decenti
allegro
reveren- tiâ præparati ac digni acceda- mus, oran-
tes, ſa- cra- tiſſimum corpus & ſanguinem tuum ad ſa- lutem noſtram
accipi- a-
mus


MIſericors Deus, Amator pa- cis, miſericors Deus,
Amator pa- cis, à quo omnis concordia & unitas:
Rogamus te, fac, & pu-ritate doctrinæ, ſecuri ac hilares
tibi ſervire mereamur ij rogamus te, ut in tran-
quilli-tate pacis, & puritate doctri- næ, ſecuri ac hilares,
tibi ſervire mereamur, ſer- vire merea- mur.




O anima: Acci- pe pennas auro- ræ, accipe
pennas auro- ræ, ô! anima mea,
& abſcon- de in vulneribus Salvaroris tui, donec per-
tranſ- eat i- ra Domini, in vulneribus Salvatoris
tui, donec pertranſ- eat i- ra Domi- ni,
allegro
& inve- nies in e-
is re- quiem.


P
Iiſ- ſime Domine, quàm dulcis eſt memoria tu- i,
quàm dulcis eſt ij me-moria tui, quàm dulcis eſt memoria tui,
quantò magis in te meditor, tantò mihi es dulcior, quoniam;
ij vulne- ratus ſum, ij fac, ut ibi ſit cor
meum ij u- bi tu es, & ero felix
ij & ero felix.




D
Omine Jeſu, magne Salva- tor,
obſecro, me prius re- fice ſacroſanctæ Cœnæ via- tico-
ex meo offi- cio, quàm dimittas ex meo offic cio, inſtat
3
2
tempus, quod mortem ſignat: dimit- te me Domine in
pa- ce, ut tecum gaudeam in perenni æterni-
ta- te.


O
Anima, reſpice ij mundum, ô anima, reſpice
mundum & conſidera, ſi quid in eo ſit, quod tibi non ſerviat, reſpice ij
mundum & conſidera, ſi quid in eo ſit, quod tibi non ſerviat, ij
3
allegro
dilige ergô illum, à quo tantum dilecta dilecta es,
dilige ergô illum, à quo tantum dile- cta es, dilige ergô illum,
ij à quo tantum dile- cta es, ij




E
N, ad te ſuſpiro, crea- tura tua, crea tor es
re- crea me? En, ad te clamo, factura tua, vi- ta
es, ij vivifica me, ij en, ad te reſpicio,
plaſ- ma tuum, plaſma- tor es ij re- ſtaura me:
en, ad te reſpicio, plaſ- ma tuum, plaſma- tor
es ij reſtaura me.

A 4. 2 Tenor. & 2 Baſs. XXV. Baſſus ſecundus.




A 4. 2 Tenor & 2 Baſs- XXVI. Baſſus ſecundus.




I Lluminare ij Jeruſalem, venit lux tua, & gloria Domini
ſuper te, deſcendere ij Chriſtus dignatꝰ eſt, Rex æternæ miſeri-
cor- diæ deſcendere deſcendere Chriſtus dignatus eſt,
cu- jus hodie lux magni- ficè or- ta eſt, & ambu-
la- bunt gentes in lu- mine tu- o, & ambula- bunt gentes in
lumine tuo, & reges in ſplẽdore ortus tu- i, Al-
allegro
leluja, Al- leluja, Al- leluja.




Q Uò progrediar? amantiſſime Jeſu, amantiſſime Je-
ſu, quo me vertam? niſi ij ad te, niſi ij ad te, ſolati- um & deſi-
derium meum, ne derelin- quas me, neq; ij deſpicias, parce, refugi-
um, peccan- ti mi- hi ij animæ meæ, & languenti animæ me-
æ, lucis & miſerationis tuæ, oſtende ij radium lucis &
miſerationis tuæ, & gratiâ & glo- riâ ij
dignam reſpice.

A5. 2 C. A.T.B. XXIX. Baſſus.




A 5. 2 Cant. Alt. T. B. XXX. Baſſus.



# INDEX.


*A 2 Voc.*

| | | |
|---|---|---|
| Domine Salvator | 2 Cant. vel Tenor. | 2 |
| O pie Chriſte | 2 Cant. vel Tenor. | 4 |
| Ad te declinat | 2 Cant. vel Tenor. | 6 |
| O anima mea | 2 Cant. vel Tenor. | 8 |

*A 3 Voc.*

| | | |
|---|---|---|
| Væ animæ | 2 Cant. & Baſs. | 13 |
| O ignis qui ſemper | Alt. Tenor. & Baſs. | 15 |
| Quid amas caro | Alt. Tenor. & Baſs. | 16 |
| Nos miſeri | 3 Tenor. | 18 |

*A 4 Voc.*

| | | |
|---|---|---|
| Miſericors Deus | 4 Cant. | 19 |
| O anima accipe | Cant. Alt. Tenor. & Baſs. | 20 |
| Piiſſime Domine | Cant. Alt. Tenor. & Baſs. | 21 |
| Domine Jesu | Cant. Alt. Tenor. & Baſs. | 22 |
| O anima reſpice | Cant. Alt. Tenor. & Baſs. | 23 |
| En ad te ſuſpiro | Cant. 2 Tenor. & Baſs. | 24 |
| Rorate cœli | 2 Tenor. & 2 Baſs. | 25 |
| Germinavit radix | 2 Tenor. & 2 Baſs. | 26 |

*A 5 Voc.*

| | | |
|---|---|---|
| Illuminare Jeruſalem | 2 Cant. Alt. Tenor. & Baſs. | 27 |
| Quò progrediar | Cant. Alt. 2 Tenor. & Baſs. | 28 |
| Leva cor ſurſum | 2 Cant. Alt. Tenor. & Baſs. | 29 |
| Vita noſtra fragilis | 2 Cant. Alt. Tenor. & Baſs. | 30 |


*FINIS.*